

testamur, quod quia honorabilis vir dominus praepositus sanctimonialium sanctae Crucis in Misna necnon Erintrudis abbatissa ceteraeque sanctimoniales ibidem omnium bonorum ac orationum participes nos fecerunt, ipsas ob hoc grata vicissitudine prosequi cupientes ad nostram protectionem defensionem et gratiam recepimus specialem, volentes easdem per nos et nostros omnes et singulos famulos et subditos defendi modis omnibus et tueri, omnes et singulos praesens scriptum intuentes omni qua possumus precum instantia nihilominus deprecantes, ut dominum praepositum et sanctimoniales praedictas non impediunt de cetero, sed efficaciter promoveant nostri causa, sicut nostram gratiam diligant et favorem. Si qui autem ex his in hoc nostro mandato rebelles exstiterint, nostram proinde indignationem se noverint incururos. Dantes ob huius certitudinem firmiorem nostri sigilli robore praesens scriptum firmiter consignatum, datum Misne anno domini millesimo CCC° VIII°. XII° Kalendas Septembris.

Nach dem Orig. im Archiv des Proc.-Rentamts zu Meissen mit einem Fragment des Siegels an einem von der Urkunde selbst zum Theil losgetrennten Pergamentstreifen.

No. 416. 1310. 20. Febr.

*Derselbe ertheilt den Jungfrauen zum heil. Kreuz abermals einen Schutzbrief und verbietet seinen Vögten dieselben irgendwie zu belästigen.*

Noverint universi praesentem literam inspecturi, quod nos Fridericus dei gratia Thur. landgravius, Misnensis et Orientalis marchio dominusque terrae Plisnensis devotas et nobis dilectas sanctimoniales sanctae Crucis prope Misnam in protectionem nostram suscepimus specialem, universos nostros advocatos districtius prohibentes, ne eas in terra vel bonis earum quibuslibet precariis vecturis aut extorsionibus quibuscumque inquietent aut aggravent quovis modo, sicut ingratitude nostram decreverint evitare. In cuius testimonium praesens scriptum ipsis dedimus nostro sigillo firmiter communitum. Datum Lyptzk anno domini millesimo CCC°. X°. X° Kalendas Marcii.

Nach dem Orig. wie No. 415; das Siegel fehlt.

No. 417. 1312. 3. Sept.

*Die Aebtissin Helena und der Convent zum heil. Kreuz bekennen durch Schulden gedrängt Geldzinsen zu Daubnitz bei Lommatzsch unter näher angegebenen Bedingungen verkauft zu haben.*

In nomine domini amen. Res gesta ideo literis inscribitur, ne per oblivionem temporis curriculo laedatur. Ideoque nos Helena abbatissa, Margareta priorissa, Jutta subpriorissa, Hedewigis custos totusque conventus sanctimonialium coenobii sanctae Crucis circa Myssnam tenore praesentium publice recognoscendo profiteamur, quod cum ex quibusdam adversis successibus et fortuitis casibus, qui praevideri non poterant, magno debitorum onere premeremur, et ut maioribus viam periculis amputa-